

Tandem Pius Quintus in fine Bullæ Confirmationis priuilegiorū mendicatiū, post quā denouo concessit fratribus mendicantibus sua omnia priuilegia, addit, etiam si priuilegiōrum & aliarum gratiarum præfatorum auctētica originalia, propter temporis antiquitatē vel varias Vrbis ruinas de perdita existant dummodo de eis legitime alias constet, denō concedimus, extendimus, & ampliamus. Hæc velut præludia sunt ad cætera.

\* \* \* \* \*

### Absoluere & Absolutio.

MINISTRI Generales & Provinciales ordinum mendicantium, prioresq; conuentuales, atq; Guardiani possunt fratres suos absoluere ab omni censura Ecclesiastica scilicet ex cōmunicatione, suspensione, & inter dicto à iure vel à iudice generaliter promulgata, etiā si essent excōmunicationes de causa Domini. Hoc concessit Clemens. 4. & postea Iulius. 2. confirmauit eandem concessionem ad petitionem reuerendissimi Cajetani, anno. 1510. Et decreuit quod perpeccuo dura-

ret